



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod Deus abusuè dicitur substantia. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Cap. i. in  
fine.

esse, quod est forrem esse, aut prudentem aut iu-  
stum, potest enim esse animus, & nullam istarum  
habere virtutum.

Tanta est Dei simplicitas, quod nulli prædicamen-  
torum subiicitur.

QVOD autē in natura diuina nulla sit accidē-  
tiū diuersitas, nulla q; penitus mutabilitas, sed p-  
fecta simplicitas, ostendit Augustin. in quinto de  
Trinitate dicens, Intelligamus Deum, quantū pos-  
sum⁹, sine qualitate bonū, sine quantitate magnū,  
sine indigentia creatorē, sine situ præsidentē, sine  
habitu omnia continentem, sine loco vbiq; totū,  
sine tempore semipaternū, sine vlla sui mutatione  
mutabilia facientem, nihilq; patientem, quisquis  
Deū ita cogitat, & si nondū potest omnino inue-  
nire quid sit ipse, pie tamen caueat, quantū potest  
aliquid de illo sentire, quod nō sit. Ecce si subtili-  
ter intendas, ex his atq; prædictis aperitur, illa  
prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ mini-  
me cōuenire, quæ nullis est subiecta accidentib⁹.

Quod Deus non proprie, sive abusivè dicitur  
substantia.

Cap. 4. in  
fine.

VNDE nec proprie dicitur substantia, vt Aug. o-  
stendit in lib vii de Trin. Sicut ab eo q; est esse ap-  
pellatur essentia, ita ab eo q; est subsistere, sub-

Cap. 5. eius-  
dem canoi-  
nuc.

stantia dicimus: si tamen indignum est, vt De⁹ di-  
catur subsistere. Hoc enim de his reb⁹ recte intel-  
ligitur, in quibus vt subiectis, sūt ea quæ in aliq sub-  
iecto esse dicuntur: sicut in corpore color, aut for-

Ibidem pau-  
lo inferius.

ma. Corpus s. substans: & ideo substantia est. Res er-

Ibidem pau-  
lo inferius.

go mutabiles neq; simplices, pprie dicuntur substā-  
tia. De⁹ autem si substans, vt substantia pprie dici  
possit, ineſt in eo aliquid tanquam in subiecto: & nō  
est simplex. Nefas est autē dicere vt substantia De⁹  
& substans bonitati sua: atq; illa bonitas non substā-  
tia sit, vel poti⁹ essentia, neq; ipse Deus sit bonitas  
sua, sed in illo sit tāquam in subiecto. Vnde mani-  
festum

festum est Deum abusue substantia vocari. ut nomine visitatione intelligatur essentia, & vere ac proprie dicitur, ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est.

*Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus.*

HIVVS autem essentiæ simplicitas ac sinceritas Paulo post tanta est, q; non est in ea aliud, quod non sit ipsa: medium l. 7. sed id est habens, & quod habetur. Vnde Hilari<sup>9</sup> in septimo libro de Trinitate ait, Non ex cōpositis Non longe à fine libri. De<sup>9</sup>, qui vita est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis continetur: neq; qui lux, ex obscuris coaptratur, neq; qui spiritus est, ex disparibus formulis est: totū quod in eo est, vnum est. Idem in octauo libro de Trin. Non humano modo ex cōpositis De<sup>9</sup> est, ut in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totū vna est natura scil. perfecta & infinita, & nō ex disparibus cōstituta, sed viuens per totū ipsa. De hoc eodem Boetius in Boetius c. 3. primo libr. de Trinitate ait: Quocirca hoc verè vñū est, In quo nullus numer<sup>9</sup>, nullum in eo aliud Cap. 9. circa finem eiusdem 10. 3. præter id quod in eo est: neq; enim subiectum fieri potest. Aug. quoque in libro de fide & symbolo dicit, in Dei substantia nō est aliquid quod non sit substantia: quasi aliud sit ibi substantia, aliud quod accidit substantię. Sed quicquid intelligi potest, substantia est. Verū hæc dici possunt facile, & credi: videri autē nisi puro corde omnino non possunt. Item Aug. in xv. lib. de Trin. Sic habetur in natura vniuersijsq; trium, q; qui habet, sicut immutabilis simplexq; substantia. Vnde Isidor. ait: Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu quod aliud nō est ipse, & aliud quod in ipso est. Et cū tantæ simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina, est tamē in ea Trinitas personarum. Vnde Aug. in li. 11. de ciuitate Dei: Non ppter hoc natu-